

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 34.

Elysium-Meum, Die Martis, 22. Maji, 1810. (Neov. 4. Maji, 1810.)

Epicurus.

Quaedam adplicationes ejus doctrinae.

De pernicioso esu Carnium, salutari contra usu la-
sticiniolorum

Ede, bibe, lude, post mortem nullas voluptas.

Proverb. Libertin.

Proverbium hoc desumptum est ex impietate libidinosorum dicentium: Edendum bibendum & usque ludendum, quo vitali hac aura continemur, qua exulis nullo alia voluptas restat amplius.

Hoc Epicurus nequaquam dixit, nequaquam docuit. Constituit ille pro summo bono voluptatem, ast vocabulum hoc *voluptas* aliam significationem apud eum habuit, quam passim tenet. Philosophus hic contendit non alias cibo potuique indulgendum esse, quam dum naturæ lege ad id provocamur; exempli ergo: sitim patiens summam percipit voluptatem, cum aqua Ciatho repleto sitim sedat; alter Ciathus jam voluptatem non adfert amplius & tertius — jam insipida abundantia est — expectandum rursus usque esse, quo sitis revertatur. —

Epicurum hanc voluptatem reapse secutum esse, descriptio vitæ rationis ejus apud

Lucretium demonstrat. Non vescatur ille carne, vinum non bibebat, solis vegetabilibus vitam alebat; hac vivendi ratione hominum vitam mansuetumque reddi sequentia argumenta probant: & animadversiones.

Duplici via mutationis effectus in homine produci valet. Aut corpus aut mens ejus impetu potest. Effectus mutatioque in hoc impetratur vel physicis mediis solum; v. g. per cibum, aerem, commotionem corporis, excitando aut oenas aut inaroenas sensationes, aut per physicas simul psychologicas rationes quæ utraque grandes in corpore mutationes, producunt. Qui continuo eximii & sublimi mentis conceptibus distinctur, qui continuo heroica facta spirat, is cogitandi rationem heroicam adipiscitur, physice robustus & fortis redditur, nullas aerumnas, nulla pericula meruit. — Qui continue ex Carnibus paratos cibos manducat, duram & feram cogitandi rationem consequitur, at viduus ex vegetabili regno comitatem & animi lenitudinem accerit. Hinc tam in ultimo oriente solis vegetabilibus vitam sustentant, & nec animali cuiquam bruto minus homini agre faciunt. Angli magni sunt Carnivora, pluresque Indagatores jam erant, qui gentis hujus diuritiam & inclementiam quæ certis periodis notatur, ex hac in eorum carnibus propensione derivarunt.

Constat Philadephia Castigatos omnino domo Correctoria exeuntes emendatos prodire, neque ullum adhuc fuisse casum ut Ca-

Lucretium demonstrat. Non vescatur ille carne, vinum non bibebat, solis vegetabilibus vitam alebat; hac vivendi ratione hominem mit in mansuetumque reddi sequentia argumenta probant: & animadversiones.

Duplici via mutationis effectus in homine produci valet. Aut corpus aut mens ejus impeti potest. Effectus mutatioque in hoc impetratur vel physicis mediis solum; v. g. per cibum, aerem, commotionem corporis, excitando anænas aut inærneas sensationes, aut per physicas simul psychologicas rationes quæ utraque grandes in corpore mutationes, producant. Qui continuo eximis & sublimibus mentis conceptibus distinctur, qui continuo heroica facta spirat, is cogitandi rationem heroicam adipiscitur, physice robustus & fortis redditur, nullas æumnas, nulla pericula meruit. — Qui continuo ex Carnibus paratos cibos manducat, duram & feram cogitandi rationem consequitur, at victus ex vegetabili regno comitatem & animi lenitudinem accersit. Hæc tamen in intimo oriente solis vegetabilibus vitam sustentant, & nec animali cuiquam bruto minus homini ægre faciunt. Angli magni sunt Carnivoræ, pluresque Indagatores jam erant, qui gentis hujus diuritiem & inclementiam quæ certis periodis notatur, ex hac in eam carnis propensione derivarunt.

Constat Philadelphiæ Castigatos omnes domo Correctoria exeuntes emendatos prodire, neque ullam adhuc fuisse casum ut Ca-

stigmatum altera vice in eam conjectus fuisset, quod apud nos tam sæpe accidit, ut deteriores exant, quam ingressi sint — hæc salutaris & optabilis emendatio in memorata urbe obtinetur non psychologicis solum mediis v. g. solitudine in carcere, Colloquium interdicens, opportuna separatione &c. sed potissimum fini accommodo, qui castigandis, & ad frugem reducendis porrigitur, victu.

Quakeri inspectionem curamque habent in domibus correctoriis Americæ borealis, tractantque ut *Cl. Lelieur* (qui opus novum de Cultura Mais edidit) narrat, castigandos eum ægrotos, quos a se curari sperant. Alimenta, quæ iis ministrant, consistunt præcipue in Zea Mais in modum pultis fare & aquæ constantis præparata, cui aliquantum Zacheracei Syrupi admiscunt. Directores piorum horum Institutorum secundum successum in Correctione carceratorum huic victus rationi tribuunt, utpote quam mansuetascentem & mitigantem reputant. Tali Correctionis domus Ephorus contendit adversus *Cl. Lelieur* oibum hunc vim habere, ferocissimum & vehementissimi animi hominem convertendi, atque in mitem lenem placidamque transformandi. — An igitur hoc medium apud Cædes patentes, rixarum cupidos, & lites excitantes homines non adhibendum esset? — Victus vegetabilium tandem funestis & invisis matribus bellis colophonem imponeret, quemadmodum Indi accolæ exemplo sunt. Insulani contra vero, at eorum vicin

in Ceylon, Borneo, Sumatra &c. qui Carnibus vescuntur, proni in contentiones & bella sunt.

Verum quidem est vegetabilibus constante victu corpus parumper debilitari, at in vicem firmandis roborandis & explicandis mentis ingenique viribus egregie favet. — Lusores ex professione sua, qui quodvis emolumentum in rem suam convertunt, continuo luxuri & jacturae rationes trutinandas, memoriamque adstringendam habent, cavent a carnium esu, aequae ac a fortibus inebriantibusque potibus plerumque lacte & lacticiis stomachum reficiunt. Celeb. Newtonus de perniciosis effectibus alimentorum ex animalibus, aditioneque in facultates mentis tantopere convictus erat, ut toto, quo immortale suum *de optica* opus elaboraret, tempore, vegetabilibus solum vesceretur & his quoque simpliciter admodum, paraeque praeparatis.

Aequae salutaris effectus esset victus ex vegetabilibus apud furiosos, ac apud bellicandi cupidos, licetque sperare: deinceps valetudine apud mentis laborantes in argumento delectus dapum, prudentiorem ac aduque factum, rationem neu dam esse.

Sed ad Epicurum nostrum redeamus: hic Philosophus sane singularia habuit *principia* — voluptatem natura sua amoenam esse; doloris naturam tristem fore; ideo primum bonum, alterum malum esse. Voluptatem proia Causam boni, ejus essentiam, contra

dolorem mali esse essentiam. — Sæpe numero declinamus voluptatem, ad majorem ex eo promanantem dolorem evitandum, & ex opposita ratione fit, ut dolori nosmet subijciamus; quæ ratio est, quod quamquam omnis voluptas bona, dolor omnis malus sit, consequentiorum nihilominus causa voluptas prætermittenda, dolor perpetiendus sit.

Voluptatem proin summam bonum esse ex eo elucere: quod quævis animantia luci utprimum edna eam adpetant, dolorem contra qui hoc ipso summum malum est, aversemur. — Neque voluptatem ullius alterius gratia, sed solum sui ipsius Causa adpetimus, & eodem ex stimulo naturali dolorem aversamur.

Dari autem duo voluptatum genera alterum in quiete, quæ in carentia omnis inamoeni, omnis doloris ac omnis perturbationis (quod Itali *dolce far niente*, latini: svavem illum statum expertem molestiæ vocitant) alterum in commotione, quæ in excitatione amoenarum sensationum, sensu gaudii, hilaritatisque consistit. Proin non luxuriosas voluptates aliasque sensationes, verum solam perceptionem animi, nihil inamoeni nec in Corpore nec animo sentire, summum bonum efficere."

Philosophia hæc quam Juvenes Romani avido ore haurere, eos libidinosos fecit, quod Juventutis vehementes animi adfectiones non tam facile limitibus coarctari queant. Epicuri dogmati adversantes ex eo collegere:

ejus Systema ad libidinem & lasciviam ducere, & brutalem vivendi rationem, omnem Virtutem moralitatem & animi probitatem per id everti. Quæ ipsa Causa est, quod Epicurus odiose descriptus, ejus moralis doctrina ceu abominabilissima proclamata & difamata sit.

Nec Politicæ deest Epicurismus; quo dolor & voluptas præponderant; prout examina Hyberni *Kolli* principem Asturiæ seducere volentis demonstrat. — *Vida Ephem. Politico Stat. Nro. 39 & 40.*

B I O G R A P H I A.

Epicurus unus ex clarissimis ætate sua Philosophis circa 341. Ante Chr. patria ei Gargettus oppidum Atticæ; pater Neocles mater Cherestræ. Anno 36 ætatis desedit Athenis erexitque Scholam in amoenissimo horto a se emto. Hic ille tranquillam cum familiaribus vitam agere, discipuloque numerosos qui in societate cum Magistro vixerunt, educare. Admiranda memoriæ sui æstimatione apud eos relicta. Ejus schola nullam divisionem unquam subit, ejus axiomata doctrinæ ceu oraacula custodita. Ætate adhuc Phœnii natalis ejus festus erat, & mensis, quo luci editus, sollemnis. Effigiem ejus discipuli ubivis erexere. Epicurus multa opera scripsit in quibus data opera nullius auctoritatem allegavit, doctrinæ de Atomis a Democrito inventæ magnam auctoritatem conciliavit, at continuo eam modificavit nec

semper solidis ex rationibus. Doctrina ejus de natura Deorum admodum impia & scelerata erat: eos corpore præditos esse, extra mundum constitui nec ullam curam ejus habere, ne in quiete sua beatitateque turbentur — nec poenam præmiumque ab iis expectandum — deberi nihilominus iis ob præstantiam naturæ reverentiam Cultumque. Summum bonum Epicurus in voluptate & gaudio posuit, at per id non sensualem modo voluptatem, sed, quæ indivulso nexu virtute jungitur, intellexit. Sed hæc ejus opiniones ab aliis perperam acceptæ, cum quæ abique ejus discipuli excessibus se dedissent, factum, ut tota secta lasciviæ damnaretur.

Stoici eum eversorem Deorum accusare, & licentiæ in cogitando auctorem habere. Epicurus, cui hæc objurgationes graves acciderunt, hac occasione nulli opera perpercit, sua sensu publice defendendi. Edendo opera de religione, celebrando numinum Cultum, admonendo suos sobrietatis, temperantiæ, Castitatis. In ejus horto nihil præter panem, olusque comedebatur, aqua pura bibebatur; amabat commune bonum, obsequium erga Magistratus docebat, dicebatque: bonos imperantes optandos, iis nihilominus qui male regnarent obsequendum esse. Sedulo quoque Deorum templa ingressus est, quod cum primum Diocles videret stupore actus vociferavit: quam hoc solenne! quod spectaculum! nunquam Jupiter magnificentior visus mihi, quam cum Epicurum coram

eo prostratum cerno. His nihil opitulantibus ejus vivendi ratio plurimis insectationibus patuit. Præcipue Tinocrates ejus Sectam deserens foedum in modum eam persecutus est, certumque est: doctrina ejus improbitati & licentiæ ostium apertum esse. — Epicurus obiit 271 Ante Chr. ætatis 72 Anno. Gasendus quæcunque ad vitam, doctrinam & opera hujus Philosophi pertinebant studiosè collegit.

In hac Typographia Viduae et Heredum Belnayanorum novissime praelum deseruerunt.

Catechismus in usum omnium Ecclesiarum Imperii Gallici. Juxta Exemplar, Parisiis a. 1806. apud Viduam Nyon, natam Saillant, cum Privilegio Cæsareo editum, e Gallico in Latinum sermonem translatus. 8. 1808. 1 fl.

Sohelle Historia Univ. latine II. Tomi 6 fl. Georch (Eliæ) Jus patrium, III. Tomi 5 fl.

Högyési, Doctrina Religionis, R. Catholicæ, Pars I. de septem novae Legis Sacramentis, de Purgatorio, & Indulgentiis. 1805. 8. 1 fl. Pars II. de Virtutibus Theolog. Fide, Spe, & Charitate, Religione Revelata, ac aliis Fidei orthodoxae dogmatibus. 1806. 8. 1 fl. 12 xr.

Fedor, és Mária, vagy a' holtig-tartó ritka hűség, és a' nagyra vágyásból származott gyászos, de méltó szerentsétlenség' tüköre. N. V. Ajtay Samuel által. 1807. 8. 1 fl. 12 xr.